UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Nathanaele anachorita. Cap[itulum] x.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

maximilla ſenatrix cū aromatibus ſepeliuit .ij. kalen. decembris. Juxta ciuitatē papatracenſem. Indeq̧ proceſſu tēporis corpus eius Cōſtantinopolim tranſlatū eſt: vt habet .viij. idus maij. Egeas vero anteq̄ domū rediret arreptus a diabolo expirauit. Cuius frater nomine ſtratocles cū oī eius familia ad xp̄m cōuerſus eſt.

¶ De ſancto Nathanaele diſcipulo. Cap. ix.

Nathanael diſcipulꝰ de oppido chana galilee: vnꝰ fuit ex ſeptuaginta duobus xp̄i diſcipulis: quem xp̄us cōmendat. Johannis primo: dicens ipſum eſſe iſraelitam in quo dolus non eſt. Hic etiaꝫ poſt reſurrectionem xp̄i vnus fuit ex numero illoꝝ vij. diſcipulorum: quibus xp̄us apparuit iuxta mare galilee quando Petrus piſcando traxit rhete in terrā plenū magnis piſcibꝰ .cliij. vt habetur Johannis vltimo: qui etiam a pleriſq̧ ſcribit fuiſſe alio nomine vocatus vrſinus: qui et ab apoſtolis epiſcopus bituriceñ. cōſtitutus poſt completum predicationis officium in deo feliciter requieuit .ij. kalen. decembris: quod tamen falſum eſſe reputatur. Nam corpus huius nathanaelis apud treugreñ. ciuitatē quieſcit. Corpus vrſini in bituriceñ. vrbe ſepultum veneratur. hec frater vincentius.

¶ De sctō Nathanaele anachorita. Cap. x.

Nathanael anachorita: vt dicit Heraclides: fraude demonis accidiam paſſus ex priore cella receſſit: et aliam cuidā vico vicinā ſibi collocauit. Ubi dum habitare cepiſſet: demō ad eū noctu veniens in ſpecie carnificis pannis ſordidis indutꝰ: flagris ſtrepitū facere cepit: dicens ſe fore demonē: qui eum de priori cella eiecerat: qui et cū de iſta fugare cupiebat. Mox ſanctus compunctus ad priorē locum rediit: et adeo ſe incluſit: vt xxxvij. annis nunq̄ limen excederet. Multaſq̧ diaboli inſidias pertulit: vt propoſitum frangeret: quas tamē omnes deuicit. Septē epiſcopos ad ſe venientes gratanter ſuſcepit: et abeūtes vſq̧ ad limē aſſociauit. Quē dū diaconi eo q̄ non egredietur redarguerēt: ſe oīno ſeculo mortuū eſſe reſpondit. ¶ Nocte quadā demon in ſpecie pueri ſibi apparuit aſinū panibus oneratū deferens. Et dū aſellū in terram corruiſſe fingeret et abbatis auxiliū peteret: ille pplexitate circūcluſus: ne aut mīe opus negligeret aut ꝓpoſitum frangeret: oratione fuſa puero ſuaſit: vt ſi vera eſſet viſio deū inuocaret: ſibi ſubuenire paratū. Si autem tentatio eſſet euaneſceret. Moxq̧ puer cuꝫ aſino euanuerūt cum turbine maximo ſtrepitantes: hec omnia heraclides in libro qui dicitur paradiſus.

¶ De ſancto Trophiano epō. Cap. xi.

Trophianus epiſcopus magne ſanctitatis vir: et miraculoꝝ glīa ꝑclarus pridie kal. decēbris apud xanctonas in dn̄o feliciter requieuit. Cuiꝰ corpus toloſe tranſlatū: ibiq̧ terris ſepultū: ſpiritū in celis viuere multis miraculis manifeſtat: vt dicit Ado.

¶ De ſanctis Diodoro et mariano et eorū ſociis martyribus. Cap. xij.

Diodorus preſbiter et marianus diaconus cum multitudine innumerabiliū hominū vtriuſq̧ ſexus et diuerſaꝝ etatū: quoꝝ numerū et noīa ſolius dei ſciētia nouit: paſſi ſunt rome ſub nūeriano imperatore tpe Stephani pape primi. Qui die anniuerſaria dedicationis ſanctoꝝ martyrum chryſanti et darie in loco crypte: vbi eorum corpora ſepulta erāt diuina celebrātes via ſalaria: videlicꝫ extra portā vrbis in harenario vbi p̄ſati martyres terra et lapidibꝰ obruti fuerāt: accuſati ſunt impatori. Tū imperator iuſſit in introitu crypte parietē leuari: et montē q̄ crypte imminebat ad ſublonē ſup eos deijci: et ſic oēs ꝑſocati ſunt. Quoꝝ corpa ibideꝫ iacuerūt vſq̧ ad tempora Stephani pape. vi. anno domini. ccccccccclxxvi. ¶ Qui venerabilis pr̄ effoſſa crypta reliquias ſanctorū innumerabiles inde collegit: ex quibus quaſdam laterani: aliquas apud ſanctum petrum: aliquas ad baſilicā. xij. apoſtolorū quā ad fundamentis renouauerat: aliquas vero per alias eccleſias et monaſteria ſepeliēnda diuiſit: in quorū oſſium collectione odor mirabilis quaſi floruꝫ et roſarū reſperſus eſt: et lāpas ī crypta accēſa. vi. diebꝰ cōtinuis arſit: in qua nec q̄cq̄ de oleo cōſumptū eſt nec flāma extincta: donec oīa ſanctoꝝ oſſa a congerie lapidū ſunt collecta. ¶ Quidā autē cum de reliquijs aliquas queſtus gratia ſubtraxiſſet: cōtinuo in lectū decidit graui languore detentꝰ: et cōmiſſum furtū confeſſus reliquias reſtituit: et ſic ſanitatē recepit. Horū oīum martyrū paſſio die kalendarū decēbrium celebratur.

¶ De ſancto Diodoro epiſcopo et confeſſore. Cap. xiij.

Diodorus alexandrinus ceſarienſis: epiſcopus: dum antiochenꝰ eſſet preſbyter: clarꝰ ſapientia habebat. Qui electꝰ antiſtes mxta opuſcula cōpilauit. In apoſtolū cōmentarios edidit: aliaq̧ multa euſebij ceſarieñſis ſecutus charactere. Cuius licet cenſum immutatus fuerit: eiꝰ tn̄ attingere non potuit elo